

rationem Empedoclis carmine pulchrè descriptam exhibet) Problem. 1. & 24. Sect. II. ac imprimis Probl. 8. Sect. XVI. iisque, quibus allegata loca illustrantur commentariis: Speciatim & ex instituto quoque *Alexandrum Aphrodisæum* de his clepsydris, sub nomine ἀρραγίων ἀγγείων, egisse Lib. I. Probl. 35. at primas partes hîc deberi *Heroni Alexandrino*, qui Cap. 6. & 7. πνευματικῶν (h.e. Machinarum hydraulicarum aëris virtute & impetu suos effectûs edentium) & fabricam & usum instrumenti diligentissimè descripsit.

IV. Et fabricam quidem quod attinet, pro simplicitate usu jussit fieri globum cavum cupreum A B [Vid. Fig. 22.





Fig. 22

Num. 1.



Num. 2.

Num. 3.



Num. 1.]